

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des **Mittelalters.**



Vierter Band.

Mit einer photolithographischen Tafel.



Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1879.

Aus Handschriften.

Von W. Wattenbach.

I.

In der Ausgabe der *Vita Severini* von H. Sauppe ist den besseren Handschriften gegenüber auf die übrigen kein Gewicht gelegt; dieselben sind weder einzeln aufgezählt noch classificiert, was doch Bethmann zu thun schon begonnen hatte. Wenn nun auch für den ursprünglichen Text damit nichts gewonnen wäre, so würde es doch nicht ohne Nutzen sein, die Verbreitung der *Vita* und die Veränderungen des Textes verfolgen zu können. Merkwürdig ist vorzüglich der wunderschön geschriebene *Admunter cod.* 1 saec. XI, welcher allein in Deutschland dem *Barber.* 925 und vorzüglich dem *Vat.* 5772 ganz nahe steht, auch in den zahlreichen Lücken. In diesem steht cap. 1 'Pannoniarum' statt des 'Pannoniorum' der übrigen.

Es finden sich aber auch in einer Gruppe von Handschriften gleichzeitige Glossen zur Erklärung geographischer Namen, welche für die Auffassung des 12. Jahrhunderts, wenn auch nicht für die wirklich richtige Deutung, von Werth sind. Diese Handschriften, deren Glossen wir hier mittheilen, sind:

1. Wien 1064 (*Sal.* 225) saec. XII, woraus schon *Pertz* im *Archiv* III, 546 die Glossen mitgetheilt hat.

2. Linz C. c. V. 7. saec. XIII, erwähnt *Arch.* X, 613.

3. Lambach CIX, wovon eine alte *Collation* vorliegt.

I, 4. *Cummagénis Adm.* Ueber 'comagenis' chumberhc 1. chumberc 4. chûmberhc 3.

III, 1. *Fabianis Adm.* Uebergeschrieben wýna 2. wiena 3.

IV, 4. *Taguntia Adm.*

IV, 6. über 'ad vineas': winberc. 1. 2. 3.

IV, 7. über 'Fauianis': wiena 1. winna 2.

IV, 10. über 'Danubium': tûnowa 1. 3.

V, 1. über 'Rugorum': rûzen 1. rûzen 2. rôzen 3.

X, 2. *scámaras Adm.* scamaros, übergeschr. shimer 2.

XI, 2. *Cocullis Adm.*

XIII, 1. über 'Juuauo': salcibure 1.

XV, 1. über 'Quintanis': chunizen 1. 2. 3.

fluvius Quintana nomine 1. 2. 3. übergeschrieben
quinzer 2.

XVII, 4. Tygurnia Adm. überall.

XVIII, 1. über 'Lauriaco': lorach 1. 2. 3.

XIX, 1. über 'Patavis': baszowa 1. 3. pazowe 2.

XXII, 1. bóiotro Adm. poytro, übergeschr. poythir 2.

XXIV, 1. oppidi iuuauo, übergeschr. Salzburch 3.

XXVII, 1. über 'Quintanensis': quinzir 2.

XXIX, 2. statt 'ducenta' duodecim alle; im Adm. fehlt
die Stelle.

XXX, 1. über 'Laureaci': lerohe 1.

XXXI, 1. über 'Rugorum': Rucen 1. 3.

Ausserdem befinden sich in der Heiligenkreuzer Handschrift 11. saec. XII. ex. (Arch. X, 645) folgende Randbemerkungen aus dem 13. u. 14. Jahrhundert:

zu III, 1: quod fuerit istud opidum Fauianis. jam forte non est in rerum natura.

zu V, 1: Iste (Rugorum rex) fuit ut puto rex quem dicimus regem Rutenorum sive Rusie, Sclavum qui ultra Poloniam ad latus Ungarie terre habitat et regnum habet. qui hodie Tartaris subjectus servit tributis, et cristianus et scismaticus, Grecorum more cerimoniais et sacramentis utitur, Romane ecclesie in nullo subjectus.

zu XVIII, 1: De civitate Lauriaco fit mencio. de hac certum est quod fuit sed jam defecit.

zu XIX, 1: De Patavia nunc mencionem facit. Adhuc Vienna et civitates Austrie non erant.

zu XLIV, 4: Rex Theodericus fuit in civitate Novas. provincie Mesie. ubi est hoc grecum est.

II.

Im N. A. II, 423 ist eine Hschr. s. XV. der Chronica Casinensis verzeichnet (membr. fol. min.), welche aus der Florentiner Badia in die Nationalbibliothek gekommen und Magliab. 2676. B. 4. bezeichnet ist. Herr Dr. Simonsfeld hat die Güte gehabt, mir darüber genauere Nachricht zukommen zu lassen, deren weitere Ergänzung ich Herrn Prof. Cesare Paoli verdanke.

Es erhellt daraus, dass diese Handschrift die grösste Aehnlichkeit hat mit der Venet. Ausgabe des Laurentius Vincentinus von 1513, und also vermuthlich, wie diese, die Uebersetzung durch Ambrosius Traversarius darstellt. Bestätigt wurde diese Vermuthung durch eine Vergleichung mit dem Cod. bibl. Chis. J. VII. 258, welche Herr Dr. Simonsfeld auf meine Bitte vornahm.

Vorzüglich wichtig sind neue handschriftliche Hülfsmittel für die Stelle III, 48—50, wo in der Cassineser Hs. ein Blatt

ausgeschnitten ist. Da zeigt sich nun wörtliche Uebereinstimmung mit jener Ausgabe; nur sind zwei Stellen fortgelassen, und zwar, wie die Uebereinstimmung mit dem Cod. Chis. beweist, nicht von Traversari, sondern erst von dem Herausgeber. Das Cap. 49 enthält die sehr entstellte Geschichte Heinrichs IV, und hier ist nun von Petrus der Gräfin Mathilde auch die Ermordung ihres Gemahls schuldgegeben, welche am 26. Feb. 1076 auf dem Feldzuge gegen die Friesen stattfand, und ebenso wird ihr die Störung des Friedens mit dem Pabste durch die Aufstellung des Gegenkönigs beigegeben. Diese Stellen lauten: 'XLVIII. Anno autem dominice incarnationis millesimo octuagesimo¹⁾ nono Matilda comitissa Liguria et Tuscie letali zelo Gothfridum virum suum persequens, sedentem in secessu per servum suum toxicata sagitta per secreta nature transfixit et interemit. Id cum ad aures Heinrichi quarti imperatoris pervenisset, nimium de acerbissima viri nece dolens, cuncta illi que intra cisalpina loca possederat auferens, metuentem induxit ut quicquid sibi ex suo patrimonio intra Liguriam et Tusciam inerat, per manus Gregorii pape Romane ecclesie offerret. Hec ergo in primis causa seminandi inter pontificem et imperatorem odii initium fuit'.

Weiterhin heisst es:

'Cumque negotium effectui mandatum esset, pontifex Matilde consiliis versutiisque deceptus (ed.: consiliis adjutus) quendam ex suis ultra montes dirigens' etc.

Ausserdem ist nur, abgesehen von einigen Schreibfehlern, Z. 21 (M. G. SS. VII, p. 738) et vor 'hoc per se' ausgelassen, und S. 739 Z. 4 totius nach 'ecclesie' gesetzt, was auch Lauretus hat.

III.

Von Herrn Professor Dümmler habe ich die folgende Abschrift eines Briefes erhalten, welche wir Herrn Dr. A. Mau in Rom verdanken. In dem Cod. Pal. 1341, welchen Reifferscheid in den Wiener SB. LVI, 490 dem 10. Jahrh. zuschreibt, ist er auf dem ersten Blatte eingetragen. Oben steht von einer Hand des 15. Jahrh.: 'Ad laurissam', was nach Reifferscheid von der Provenienzangabe übrig geblieben ist, da der obere Rand stark beschnitten ist. Es lässt sich danach vermuthen, dass auch der Brief dorthin gerichtet war. Er lautet:
Incipit epistola qualiter officium missae agatur in monasterio Fulda.

Venerando in Christo Ootberto presbitero Theotrochus diaconus optat in Christo aeternam salutem. Quoniam in

1) So! aber weiterhin wird 1081 als ein späteres Jahr erwähnt, und es muss also 1079 sein.

multis locis, non solum in monasteriis verum etiam in parvis civitatibus, ordo diaconorum partim propter incuriam praelatorum, partim per inopiam ministrantium, in caelebratione missae diversus esse videtur: placuit mihi, vobis per stili seriem intimare, quemadmodum in monasterio Fulda agatur idem ordo, ubi ordinabiliter et cum sufficientia ritumque Romano eadem officia peraguntur, et quod huc usque erratum in hoc constat apud nos insciant, (ut) deinceps manente monitione conscriptionis non sit necesse aliter quam ordo postulat, in quantum facultas ministrorum suppetit, extra ordinem rectum devagari. Omnia namque facilius ordinate quam indiscrete perfici possunt. Nam sepe audieram querimonias nostrorum quod idem ordo in tantum confusus esse videbatur nobiscum ut nullam de eo auctoritatem haberemus; et ideo credo gratiam me habere apud eos qui verum scire volebant, si deo juvante per meam parvitatem rectitudinem ministerii istius scire possint. Hoc igitur obnixè deprecor, ut contra eos, quibus usitatus¹⁾ sermone 'majorum exempla sufficere posse', scutum defensionis vestrae obodientiaeque tegmen, quia hoc idem mihi scribere jussistis, habere merear. Majorum sane exempla, cum bona et utilia videntur, laudanda et exequenda sunt, mala vero penitus extirpanda.

Nunc igitur ordinem narrationis texere temptabo, et quia hic in Fulda decentissimus ordo est praesbiterorum ministrantium cum omni decore, apud nos vero non adeo, ob hoc eos parumper tangere curabo. Diaconos septem simul aut quinque seu tres vel certe unum esse ratioprodit; septem namque, quinque triumve diaconorum par officium ministrationis fore videtur. Cum enim gloecae sonuerint, intrant sacrarium parati quoti sunt de suprascripto numero, et ibi sumit regionarius majorem fanonem; subdiaconi vero eodem numero singuli singulas colas accipiunt in manu tenere; et sic exeuntes ante ecclesiam expectant, ut dum cantor dicat versum ad introitum, statim sine ulla mora processionem faciant; verumtamen presbiter non procedit cum eis. Primo portatur incensum ab uno vel duobus, et tunc caerei aequali numero diaconorum sic ordinate, ut bini et bini pariter incedant et post eos unus solus. Tunc subdiaconi etiam ipsi bini et bini; solus ille propius diaconis, qui evangelia portat. Tum demum diaconi secuntur similiter bini, sic tamen ut regionarium duo novissimi cingant, et sint illi tres pariter incedentes. Venientes in chorum subdiaconi ab utraque regione stant et orant, excepto illo qui evangelium portat, qui progreditur²⁾ ad altare, et posito evangelio super altare redit in chorum. Paululum superius diaconis progressis, tunc quoque et illi orant usque dum finiatur versus, et iterum coepto introito post dictum versum erigentes se, dat osculum

1) viell. usitatur.

2) pergitur Hs.

pacis regionarius diacono ad dexteram sui stanti, inde ad sinistram, et sic omnibus his alternatim, et tunc annuit cantori ut dicat 'Gloria patri', et procedunt ad altare, ibique diu orantes, bini et bini accedunt et osculantur altare; ita tamen, ut regionarius et qui sibi ad dexteram stat, primum accedant et saluent pariter in sinistra plaga altaris, et sic qui ad sinistram sunt duo in dextra parte; iterum duo ad sinistram, et tunc solus ille in dextra, si septem sunt; si vero quinque vel tres, eodem ordine perfici debet. Hoc facto iterum annuit cantori, ut repetat versum, et sic redeunt ad loca sua ex utraque parte altaris, versi ad orientem. Qui vero caereos tenent, stant ab utraque regione in choro, et juxta eos incensaria tenentur, et cum dicitur 'Kyrie eleison' statuunt candelas hinc et inde tres, mediam autem unam, et iterum cum subdiaconus accedit ad legendum, veniet unus eorum, et sistit omnes in ordinem orientem versus. Sane subdiaconus, cum leget¹⁾, ascendet primum gradum ambonis, cantor vero allel. vel gradalis minime, sed juxta stantes psallunt. Statim ut sonat a clero 'Christe eleison', presbiter procedit ad sinistram partem altaris sibi ad dextram, et dum presbiter angelicum carmen, hoc est 'Gloria in excelsis deo' incipit, subdiaconi non se vertunt ad orientem, neque quando dicit 'Dominus vobiscum', donec audiunt 'Oremus'. Dicta oratione a presbitero vadit sedere cum presbiteris in primo loco, et diaconi vertunt se stare contra semet ipsos mutuoque se aspicere. Cumque canitur all. veniet ostiarius portans oblatas, et dat omni scolae ad offerendum, qui sunt in inferiore gradu diaconatus; et iterum veniet ostiarius afferens ampullam cum aqua et dat cantori, illeque alicui stanti in choro subdiacono, si praesens est, ad tenendum. Cumque evangelium tollitur a diacono de altari ituro ad legendum, adest utique subdiaconus in dextera parte altaris sumitque pulvinar quod subjacet, et ambulat coram diacono, et obvios habent duos caereos et incensum quod presbiter adhuc sedens imposuit, et pergunt ad ambonem, scanditque diaconus ad sinistram ambonis, subdiaconus ad dextram, et iterum perlecto evangelio descendit diaconus ad dextram; stabunt quoque caeroferarii versi ad diaconum et medium inter eos habentes subdiaconum majorem et ex utraque parte incensaria. Postea portant caereos coram diacono ad altare, et illi alii caerei, qui interim stabant in choro, sursum feruntur etiam ad altare. Igitur perlecto evangelio, ut jam memoravi, accipit subdiaconus a diacono fanonem, quem supra dixi illum sumere in sacrario, et cum eo tenens evangelia portat primo presbitero ad salutandum. Inde alter subdiaconus tollens evangelium, postquam primus salutavit²⁾, portat omnibus presbiteris ad osculandum, et sic exiens de choro dat ostiariis ad reponen-

1) 'cum leget' Zusatz zweiter Hand.

2) salutat Hs.

dum, et accipiens ibi calicem minorem unum cum sua cola, expectat diaconum foris choro ¹⁾, et postquam salutaverit presbiter subit ad altare et dicit 'Dominus vobiscum', deinde 'Oremus', et allatur ei aqua ut manus lavat ²⁾. Subdiaconus vero major ³⁾ sumit ab acolitho calicem et corporale et portat diacono expectanti ad dexteram altaris, sumptoque corporali a diacono ibi persistit subdiaconus tenens in manu calicem, usque dum oblatio finita fuerit, et interim unus diaconorum, juxta quem subdiaconus stat, sumpto uno parvo fanone ad hoc opus super calicem reposito, circumcingit calicem, per ansas si habet ansas, sin aliter in medio constringit. Interea sumit presbiter oblationes a clero, et post hoc accipit oblationes patriarcharum.

require in fine.

Aber 'in fine' ist nichts zu finden.

1) 'f. choro' Zusatz zweiter Hand.
ohne 'ut'. 3) Zusatz zweiter Hand.

2) l. 'lavet' oder vorher 'allata'